

quomodolibet proponere, tenere, vel habere, aut cuiquam etiā mutuo,
dono, precario, vel quoquis alio titulo concedere, seu exemplum inde su-
mere, per se vel alium seu alios audeant vel p̄̄sumant: nisi ad hōc
ipsius Guillelmi, vel suorum p̄̄dicatorum expressus accesserit assensus,
de quo per schedulā eius vel eorū manu subscriptam constare debeat.
Et nihilominus vniuersis & singulis venerabilibus fratribus nostris Pa-
triarchis, Archiepiscopis & Episcopis, ac dilectis filiis eorum Vicariis &
Officialibus, necnon quibusvis aliis locorum ordinariis, & reliquis in
dignitate Ecclesiastica constitutis, etiam quacunque dignitate Ecclesi-
astica fungentibus, harū serie, in virtute sancte obedientiae p̄cipiendo
mandamus: ut quoties pro parte dieti Guillelmi fuerint requisiti, vel
corum aliquis fuerit requisitus, eidem Guillelmo & suis p̄dictis, in
p̄missis efficacis defensionis p̄fudio affstant, eaque obseruari man-
dant & faciant, ac contra inobedientes & rebelles per p̄dictas & alias
eis benevitas sententias, censuras, & poenas, etiam sepius illas aggrauan-
do, appellatione remota procedant & exequantur, inuocato etiam, si
opus fuerit, auxilio brachij secularis: Non obstantibus Apostolicis, ac
in vniuersalibus Provincialibusque & Synodalibus Conciliis editis, &
edendis specialibus vel generalibus constitutionibus & ordinationibus,
necnon etiam quibusvis etiam iuramento &c. roboratis statutis, &c.
privilegiis quoque indultis & literis Apostolicis etiam quibusvis su-
perioribus & personis in genere vel in specie sub quibusunque tenori-
bus, &c. etiam Motu simili, ac aliis in contrarium quomodolibet etiam
pluries & iteratis vicibus concessis, in posterūmque concedendis. Qui-
bus omnibus etiamsi de illis, &c. eorū tenoribus, &c. latissimè hac vice
derogare placeat, ceterisque contrariis quibusunque cum ceteris op-
ponendis, &c. Et cum absolutione à censuris ad effectum, &c.

*Gregorius xij. Pontifex Maximus manu propria sub signavit. Fiat de motu
proprio.*

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Non. Nouembr. Anno
Vndecimo Pontificatus nostri.